



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

XVI. De illis qui Romam ituri sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

## XIII.

Item decretum est, vt nullus laicorum alicui presbytero suam commendet ecclesiam, præter consensum episcopi: sed eum prius mittat suo episcopo, vel eius vicario, vt probetur si scientia, ætate & moribus talis sit, vt sibi populus Dei commendetur.

## XIV.

Statuit quoque sancta Synodus, si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi vt \* alterum illorum vtrosque diuino purget iudicio, si \* vnum in hoc deciderit, vt ambo rei habeantur.

## XV.

Decretum est etiam, vt omnes<sup>d</sup> bannitum ieiunium, in quocumque episcopio celebratur, diligentissime obseruent: & si quis illarum octo interdictarum rerum aliquam redimere voluerit, vnum pauperem, prout sua facultas erit, eadem die reficiat.

## XVI.

Decreuit quoque sancta Synodus, vt nullus Romam eat, nisi cum licentia sui episcopi, vel eius vicarii.

## XVII.

Et illud sub anathemate præceptum est, vt nullus presbyterorum cuiquam poenitenti<sup>e</sup> carnem diuidere præsumat, si infirmitas non interuenerit.

## XVIII.

Quia multi tanta mentis suæ falluntur stulti-